

Rabinis ita placere. Illi tamē occasionem naēti,
ad capitale supplicium me postulabāt: suo mo-
re impotenter clamitātes, me Biblia corrupisse.
Et de me aētū erat, nisi ego à Domino adiutus,
quorum autoritate factum fuisset, in tempore
monstrasse. Taceo quod iam ab illis tentatum
fuerat anno M. D. X X I I , quū à vitrico meo
Simone Colineo impressū fuisset minore forma
Nouū testamētum, emendatum sanè, eleganti-
que charaēterc excusum (res noua prorsus tem-
porum malignitate, libros sacros tūc posse cor-
rectos reperiri) quia tunc eius typographiæ
præeram, quas in me tragædias excitarūt? Tūc
quoque mox ad ignem rapiēdum esse vocifera-
bātur, qui buiūsmodi libros sacros tam corru-
ptos imprimere. Nam corruptionem prædica-
bant quicquid à fæce inscitiæ vulgaris, cui af-
fueuerant, repurgatū erat. Atque ego tūc facti
mei quam oportuit rationem, reddidi. Etsi autē
in publicis lectionibus magistraliter illū adu-
lescētē, à quo prodierat talis emēdatio, acriter
increpabant, suē tamen ignorantiae optimi sibi
testes, aperto marte, indoētum licet, nunquam
ausi sunt aggredi: eundem quoque timidū, sed